

Heinrich Rahn Thomas Schmidt

Disputatio Inauguralis De Concursu Et Prioritate Creditorum

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732612632>

Druck Freier  Zugang



Koukurs und Vorhand des Gläubigen

Progr. + Disp.

RU jur. 1656.
Ninrich Rahne, Pres. 1e¹⁻²
Thomas Schmidt, Resp.
mit Progr.



Disputatio Inauguralis
De
**CONCURSU
ET PRIORITATE
CREDITORUM**

Quam

ÆTERNI NUMINIS ANNUENTE GRATIA,
Decreto & Autoritate
Nobilissimi, & Amplissimi Ictorum Collegii in
Alma Patria,

PRÆSIDE

VIRO CONSULTISSIMO

DN. HENRICO Rahnen

J. U. D. Prof. & juridicæ Facultatis in hoc
actu Vice-Decano, nec non Consistorii Ducalis
Assessore, Favitore suo hono-
ratissimo.

Pro summis in utroq; jure Honoribus, insignibus, ac
Privilegiis Doctoralibus solenniter
consequendis

Publicæ, ac Placidæ disquisitioni exponit

THOMAS Schmidt Rostochiensis.

Ad diem 20. Maji. in Auditorio Majori horis ante & pomeridianis.

•• (O) ••

ROSTOCHII, Typis Hæredum NICOLAI KILII,
Acad. Typog. Anno 1656.

Dissertatio inauguralis

CONINGBACH

ETYPICORUM

CREATIONUM



Universitäts-
Bibliothek
Rostock

THOMAS SCHMIDT

PROFESSOR

PHYSICAE

INSTITUTIONIS


PHYSICAE


ROSTOCKENSIS


THOMAS SCHMIDT

PHYSICAE

ROSTOCKENSIS







I. N. D. N. J. C.

Ingressus.

Auspicia disputationi facturus, quæ
fausta ac secunda ab omni prosperitatis, & salutis
Fonte exopto, satis certus sum, me Monitum
Pauli in *l. 25. ff. de liber. leg.* Plenius nempe quoti-
diana esse attingenda, & iustum *l. 17. C. de testam.*
ord. Necessaria non esse prætermittenda, non ne-
glexisse; quando materiam martiali hoc seculo tritissimam, dulcissimæ
Patriæ, omnibus jam ferme opibus exhaustis, atq; exantlatis notissi-
mam, in judiciis ob Fortunæ asperitatem, & labefactatam debitorum
fidem frequentissimam, & tam familiarem, quam in prandio obso-
nium, referente *Frantz. in comm. ad Lib. prior. ff. tit. qui pot. n. 4. ex Ven-*
tur. de Valentis in Parthenio Litigios. lib. 1. c. 13. Ventilationi subjicio:
quamvis mallet, hoc agens, me in audita, & superflua dicere, namq;
me non lateret melius esse cuiusvis jura intacta servari, quam post vulne-
ratam causam remedia querere *l. f. C. in quib. caus. in integ. rest. non est ne-*
cess. Sunt tamen etiam vulnera sananda, & vulneratæ causæ sub-
veniendum, ne malum duplicetur; qua de causa ego concursum, haud
raro creditorum remedium, deliniaturus: a verborum interpretatione
juxta *l. 1. ff. de reb. Cred. exordior.*

THESES.

I.

Conkursitaquæ est plurium creditorum ad debitum ex iisdem
bonis consequendum simultanea petitio; quamvis propriè hi
tantum circa eandem rem concurrant, qui sunt ejusdem generis & qua-
litatis

gratis: teste *Frantz. d. comm. d. t. n. 5.* Prioritas verò, aliàs Præferentia, Prælatio, & à *Plin. in Epist. ad Trajan. Πρωτεράζια* dicta, ut & Prærogativa in *l. 30. C. de jur. hor. & in l. 12. C. qui pot. in pign.* Privilegium in *l. 17. 19 22. 32. & passim ff. de reb. auth. jud. poss. & exigendi privilegium in l. 24. §. 1. ff. d. t. & in l. 1. ff. de cess. bon. denominata, describenda videtur; jus creditorum in debitoris alicujus bonis concurrentium, quo pro sui ipsius, vel legis provisione, unus præ alio ad id quod sibi debetur consequendum, admittitur. Ast ordo qui in assignanda prioritare observandus, denotat justam collocationem secundum jus, & æquitatem, factam: singulis nempe debitum, & competentem locum attribuendo.*

II.

Restat in hoc vocum examine Creditor, cujus significatio in jure variat, (1.) enira strictè sumitur, & is tantum denotatur, qui sibi quempiam ex causa mutui obligatum habet *l. 2. §. 2. ff. de R. C. l. 34. ff. mand. l. 24. §. 2. ff. de reb. auth. jud. poss.* (2.) Late, quo sensu extenditur ad omnes contractus, quos alienam fidem secuti institvimus, *d. l. 1. ff. d. R. C. l. 10. & 11. ff. de V. S.* (3.) Latius, ita ut nulla causa obligationis, quæ quis alteri obstringitur, sive ex contractu, vel qs. sive ex delicto, vel qs. orta, excludatur, *d. l. 10. 11. & 12. ff. de V. S. l. 16. §. 2. l. 27. ff. qui & a quib. manum.* (4.) Latissimè, ut & ille creditorum in numero sit, qui ob jus in re, realem intentat actionem *d. LL. l. 42. §. 1. ff. de O. & A. l. 178. §. f. ff. de V. S.* quamvis illi qui jure domini rem extantem repetunt, & ita q. præripiunt *l. 1. C. de privil. Fisc.* improprie ad concursum, admittantur, inde etiam ob pagellarum angustiam, quam Statuta desiderant, silentio involvendi erunt.

III.

Et quia præliis hanc materiam rimaturus, verborum enodationem abrumpo, eam creditorum subjiciens divisionem, quæ simul classes, ad quas eos referam, adumbret. Sunt ergo pro instituti ratione (1.) simplices sive *κατὰ ἐξοχὴν* privilegiati, (2.) Hypothecarii privilegio vallati, (3.) Hypothecarii simplices, (4.) Privilegiati personales, & (5.) demum Chirographarii, sive personales simplices. Nam quamvis in constituendis classibus Dd sint varii, has tamen quinque formare placuit, jus Lubec. quod etiam Patria observat, imitaturus. *art. 11. & 12. tit. 1. lib. 30.* Coeterum obligatio aut pure, aut in diem, aut sub conditio-

ne con-

ne contracta creditores distingvit d. l. 10. ff. de v. s. de quib.
thes. 18.

IV.

Quæ in præcedenti thesi, de classum constitutione dicta, universum concursum ordinandum docent, singulis vero singularum classium inter se concurrentibus, debitum assignare locum, majoris est artis, atq; laboris. De jure Lubec. res est plana, ipsi enim simpliciter inhaerendum, servato scripturæ ordine, arg. l. 34. pr. ff. de usus. & l. 77. §. 32. ff. de Leg. 2. adde Mey. in com. jur. Lub. d. art. 11. n. 30. 31. & 32. & Carpz in jur. Rom. p. 1. const. 28. def. 12. n. 8. jus vero commune hic difficultatem parit maximam, nam incerta ejus, & hinc inde diffusa dispositio, cui Dd. de hac collocatione diversissima judicia accedunt, hanc specialem singularum classium constitutionem laboriosissimam, & intricatissimam reddunt. Ego me huic pelago non committam, sed nec hac in parte, me à jure Lub. avelli si nam, simulq; discrepantiam juris communis, quæq; ex eo adjicienda brevissimè adjungam, sic enim de utroq; constabit.

CLASSIS I.

V.

Debetur hæc Privilegiariis simplicibus, qui reliquis omnibus creditoribus præferuntur d. art. 11. circa fin. nam licet hisce hypotheca nupiam ascripta inveniatur, tamen omnes creditores indistincte, anomaliâ quadam juris, ex singulari causæ favore antecedunt; quos statutaria juris Lub. dispositio ita collocat: ut primus sit, qui unius anni redditum, exigit. Eines Jahres Rente. d. art. 11. quorum verborum genuinum sensum suppeditat Mey. d. art. 11. n. 44. & seqq. jus commune quid de usuris statuatur thes. 18. habet; ob redditum vero, ut & reales reliquas præstationes tacitam solum concedit hypothecam l. 7. ff. in quib. caus. pign. l. 31. ff. de pign. l. 15. ff. qui pot. in pign. & Carpz. d. tract. p. 1. d. const. 28. def. 54. Beuth. in d. tract. de præl. cred. part. 1. c. 13.

VI.

Sic secundus cui nempe merces unius anni prædii locati debetur Ein Jahr Heure d. art. 11. juris vero civilis discrepantiam dabit collatio l. 2. 4. ff. in quib. caus. pign. & l. 5. C. de locat. conduct. l. 4. ff. de pact. cum l. 7. ff. in quib. caus. pign. & d. l. 5. C. d. r. quæ absq; temporis restrictione urbana

bana prædia à rusticis distinguunt, cujus diversitatis rationem Neguzant,
is tract. de pign. p. 2. m. 4. n. 145 exprimit. Porro Tertius cui merces ope-
 rarum præstitarum unius anni est solvenda. Ein Jahr Dienstlohn *d. art.*
n. quæ prærogativa iterum de jure civili cessat, adeo ut nec simplicibus
Hypothecariis annumerari possit, ut nonnulli Dd. volunt, præsertim,
Beuh. d. tract. p. 1. c. 29. in pr. nam horum hocce assertum, rationibus qui-
 dem suffultum, juris autoritate destituitur, *Carpz. d. tract. d. const. 28. def.*
24. Mæv. d. art. n. 57. ut tamen huic privilegio locus sit necessario requiri-
 tur, ut in ædibus, convictu, & famulatio domini fuerint. Hinc patet
 quid de Opificibus, Operariis, etiam ex domini materia laborantibus,
 & Advocatis, statuendum; imo quatenus Factores eo gaudeant *Mæv.*
d. art. n. 62. & seqq. Carpz. d. const. 28. def. 25. & seqq. Berlich p. 1. Conclus. 64.
n. 73. & seqq. Quartus Alimentarius pro unius anni cibariis Ein Jahr
 Kostgeld. *d. art. n. 57.* cujus tamen nomine non venit cibariorum venditor.
 Ratio est pietas, & summus alimentorum favor, qui etiam juri Com-
 muni non incognitus *Mæv. d. art. n. 78. & seqq.*

VII.

Claudunt demum & articulum, & hanc classẽ funebres impensæ,
 unkoft zu den Begräbnissen. *d. art. n. 57.* quamvis de jure civili primæ *l. 14. §.*
d. 18. 19. l. 45. ff. de releg. & sumpt. fun. l. 17. ff. de reb. auth. jud. poss. ita tamen
 ut harum prioritas eximia præscriptos in jure limites non excedat, nam
 hoc summum privilegium funerarium *l. f. §. 1. ff. de relig. & sump. fun.*
pieatis & publicæ utilitatis gratia constitutum l. 43. ff. d. t. de jure Lub.
ultra 40. marcas non est extendendum; jus quoq; civile etfi personæ
qualitatem, & favorem attendat, eas tamen solum legitimas impensas
agnoscit, sine quibus funus honeste duci nequit l. 12. §. 5. d. l. 14. §. 3. 4.
& 6. l. 37. ff. d. t. & Schneidvv. in J. §. f. de L. Falcid. n. 5. & 6. Hinc immodicæ
 ab ipso quoq; debitore destinata, non anteverunt æs alienum *d. l. 14. §. 6.*
& l. 37. §. 1. d. t. Carpz. de tract. d. const. 28. def. 42. qui etiam in def. præced.
 41. vestes lugubres ab hoc privilegio justissime excludit, ob *d. l. 14. §. 3. 4.*
6. & d. l. 37. ff. d. t. quam exclusionem, rationis paritas, & arg. d. LL. con-
 vivii quoq; applicant; non vero ad erogata in infirmitatem defuncti
 extendunt, hæc enim sumptibus funeris, æquiparanda arg. *l. 4. C. de*
petit. hered. & l. 3. C. de relig. & sumpt. fun. junge hæc Berlich. p. 1. d. concl.
 64. n. 94.

VIII.

Præter ea hæc impensis funebribus, associat jus civile eas, quæ In-
 ventarii

confectionem, Testamenti insinuationem, bonorum debitoris æstimationem, & similes hæreditatis, vel creditorum causas, necessarias spectant; *arg. l. f. §. 9. C. de jur. delib.* quarum, quoq; è numero sunt Salaria à Magistratu, vel creditoribus, bonorum curatoribus, quos *t. t. ff. de curat. bon. dand.* describit, promissa: nam hæc tanquam sumptus necessarii semper præcedunt, hisq; deductis, bonorum calculus subduci solet *l. 8 ff. de pos. & Carpz. d. tract. d. const. 28. def. 36.* Vultq; in his jus commune ob privilegii æqualitatem, geometricam servari proportionem *arg. l. 5. §. 19. ff. de trib. act.* secundum vulgatum, Privilegiatus adversus æquè privilegiatum; privilegio non utitur. *arg. l. 8. ff. de excus. tur. l. 1. u. §. pen ff. de minor.*

CLASSIS II.

IX.

Constituunt hanc Hypothecarii Privilegio muniti, qui scilicet præter expressam, vel tacitam hypothecam, singulare jus prælationis habent, cujus ratione simplices Hypothecarios, etiam expressâ suffultos anteriori hypothecâ superant. *N. 97. c. 3. & 4. l. 7. & 12. C. qui pot. l. 5. & 6. §. 1. ff. eod.* Hos jus Lubec. sequenti ordine in *art. 12.* considerat incipiendo nempe à *Civitati debito Gemeine Stadt Schuld. d. art. 12.* sine dubio ob rationem *l. 3. C. de primip.* Sed hac generalitate differentia juris civilis iterum inuitur, quod non ita Fisci privilegium, amplificat, nisi specialis causæ favor id svadeat: qualis est tributorum, collectarum, aliarumve id genus publicarum exactio- num causa, nam quamvis nonnulli simplicibus privilegiariis ex hac causa agentem Fiscum adjiciant *ob l. 1. C. si propt. publ. pens.* rectius tamen mihi visum hunc ipsi reservare locum, ob tacitam quam insuper & hac ex causa hypothecam habet *l. 1. C. in quib. caus. pign. l. 46. §. 3. ff. de jur. Fisc. & Mozz. de contract. tit. de pign. n. 57.* & ita quoq; in praxi passim in Germania observari, testis est *Koppen decis. 28. n. 23;* nec hæc eximia Fisci prærogativa ob id debilitatur, quod collecta, post hypothecam aliis creditoribus constitutam, sit imposita, vel extraordinaria. *arg. l. 1. C. d. t. & Carpz. d. const. 28. de. 48 & 49.* Cum hac. (1.) pari passu ambulat causa Primipilaris *l. 3. C. de primip. l. 4. C. in quib. caus. pign. & Colleg. Argent. tit. qui pot. n. 7.* jam de nominatis causis est contractuum ratio dissimilis, in

his enim æquiparatur Fiscus simplicibus Hypothecariis l. 8. ff. qui pos.
l. 4. C. cod. & Neguz. d. tract. p. 5. m. 2 n. 12. nisi quod generalis hypotheca
anterior, quoad bona antea quæsitæ ipsi tantum obstat l. 28. ff. d. jur.
Fisc. & concurrentem mulierem ob repetitionem dotis, vi anterioris
hypothecæ vincat l. 2. C. de privil. Fisc. & Colleg. Argent. d. t. n. 6. circa fin.
Eadem causæ disparitas, & denegatio privilegii prælationis, pænarum
respectu in Fisco obtinet l. 17. ff. de jur. Fisc. l. un. C. pæn. Fisc. cred. præf. rati-
tam licet habeat ille hypothecam in bonis delinquentis à tempore con-
demnationis, ob d. l. generalissimam 46. §. 3. ff. de jur. Fisc. jung. Carpz. d.
const. 28. def. 104. & Berlich. 1. conclus. 65. n. 127. & seqq.

X.

Pertinent huc (2.) qui occasione Militiæ non tantum armatæ,
sed etiam civilis, (quæ descriptore Gothof. ad l. 52. §. 2. l. K. ff. de act. empti
est officium eorum qui aliqua schola, sive collegio inter statutos relati
sunt, ex quo salaria, & commoda ex publico consequuntur.)
pecuniam crediderunt, sibiq; de jure pignoris in ea aliquando venden-
da (modo talis l. f. C. de pign. l. 5. C. qui milit. poss. N. 35. & 53. c. 5. vel casu Mi-
litæ, specialiter prospexerunt N. 97. c. 4. Auth. quod obtinet C. d. pign.
Auth. quo jure. C. qui pot. vide hæc prolixè explicantem Beuth. d. tract. p. 1.
c. 55. 56. & 57. Sed ad jus Lubecense redeundum, quod hanc classem
continuando (2.) meminit Pecuniæ, liberis coram Senatu assignatæ,
daß Kindergeld vor dem Richte ausgesprochen d. art. 12. quia pro sepa-
rata habetur Mey. d. art. 12. n. 16. & seqq.

XI.

In tertio loci concessione eatenus nulla pugna intra hæc jura, quod
illum relinquunt Mulieri, nisi quod jus Lubec. improlem tantum intel-
ligat, art. 9. d. t. 1. lib. 3. respectu dotis numeratæ; ejuſq; augmenti der Braut-
schaf d. art. 12. ibiq; Mey. n. 31. l. 12. §. 1. C. & Auth. seq. qui pot. l. 8. l. 29. l. 30. C. de
jur. dot. N. 97. c. 2. & 3. N. 109. c. 1. qui textus insuper satis apertè defendunt.
hanc mulieris prælationem, creditores etiam expressas anteriores hy-
pothecas, habentes, excludere; & ita in Camera Imperiali pronun-
ciatum testatur Myns. cent. 4. obs. 13. n. 4. & 5. cujus assertum tanquam veri-
tati consentaneum sequitur Colleg. Argent. d. t. n. 6. quamvis id expressè
neget Gail. l. 2. obs. 25. n. 10. cui eatenus adstipulatur Carpz. d. const. 28. def.
65. n. 11. &

65. n. 11. & seq. quod passim locorum hæc contraria opinio sit recepta ut communior, magisq; æquitati consentanea. Porro hanc privilegii concessionem etiam sponſæ, ob rationis identitatem, & arg. l. 17. §. 1. & l. 18. ff. de reb. auct. jud. poss. applicandam, & ad putativum Matrimonium, modo b. f. à parte mulieris in initum, ob arg. d. LL. junctâ l. 22. §. ff. sol. matrim. extendendam nullus dubito; vide Bachov. de pign. lib. 4. c. 13. n. 3. & 4. & Beuth. d. tract. p. 1. c. 36. E contra vero merito ab hujus privilegii, summi perceptione removeo (1.) Dotem cautam, sive confessatam d. l. 12. §. 1. verbis, sit a tamen re ipsa C. qui pot. l. 1. & 1. t. C. de dot. caut. non numer. l. 15. C. de non num. pecun. Myns. 1. obs. 61. Gail. 2. obs. 81. n. 1. Carpz. d. const. 28. def. 72. usq; ad 82. & Berlich. conclus. 65. n. 41. & seqq. ita tamen ut hæc dotis necessaria numeratio non involuat dotis quoq; conversionem in bona Mariti d. l. 12. circa med. C. qui pot. Berlich. d. conclus. 65. n. 113. (2.) Bona paraphernalia, (quam tamen segregationem jus Lub. respuit, & speciatim annexit, quæ sint hæc privilegiatâ hypothecâ privanda d. art. 9.) nam concedente quidem jure communi etiam ob hæc tacitam hypothecam, l. f. C. de pact. convent. ea tamen non est privilegiata arg. l. 12. §. 2. C. d. t. Carpz. d. Const. 28. def. 86. & Neguz. ant. d. tract. p. 2. m. 4. n. 63. (3.) Donationem propter nuptias d. l. 12. §. 2. C. d. t. N. 109. c. 1. & Gail. lib. 2. obs. 92. n. 10. nisi dotis augmenti gratia facta l. 1. C. de don. ante nupt. (4.) Extraneos heredes l. un. C. d. privil. dot. Solis enim liberis ejusdem matrimonii, sive cum Noverca, sive cum aliis concurrant, secundum Lind. exerc. disp. 9. th. 118. est hæc Prærogativa in LL. in dulta d. l. 12. §. 1. & Authent. Si quis ex rebus C. qui pot. N. 19. & Neguz. d. tract. p. 2. m. 4. n. 94. & 95. (5.) Cessionarium §. 29. J. de act. d. N. 91. in pr. Berlich. d. conclus. 65. n. 105. (6.) Hæreticam N. 109. c. 1. & 2. (7.) Commune negociationis, aut cauponariæ exercitium cum Marito habentem. Gail. lib. 2. obs. 90. n. 5. Beuth. d. tract. p. 1. c. 35. reliquas adjungere exceptiones mitto, sunt ex ex Mæv. d. art. 9. n. 53. usq; ad fin. Carpz. d. const. 28. def. 83. & seqq. & Berlich. d. conclus. 65. petendz.

XII.

Revocat me jam hujus classis continuatio ad jus Lub. quod *quar-
to loco Depositum* ponit, *Treue Hand*, welche durch untrew verruckee
wird/ d. art. 12. de quo, jubente id jure communi inter privilegiatos
personales agam. Quinto pecuniam ab uno parentum superstite liberis assi-
gnatam

*quatenus, Rindergeld d. art. 12. intellige der Anspruch so ordentlicher weise
für dem Rathe nicht geschehen, lib. 2. tit. 2. art. 31. Jur. Lub. cujus appella-
tione merito Mey. d. art. 12. n. 30. & seqq. comprehendi affirmat eam, quæ
ex tutelæ, curæ, vel qs. administratione debetur pupillis, minoribus,
& in qs. cura constitutis, quibus non tantum jus civile omnia Tuto-
rum, Curatorum; & qs. bona obligata reddit. 20. C. de administ. tut. l.
un. §. 1. C. de rei uxor. act. & Neguz. d. tract. p. 2. m. 4. n. 6. sed etiam personale
insuper privilegium concedit l. 19. §. 1. 2. & LL seqq. ff. de reb. auth. jud. poss. l.
ff. de tut. & ration. distrah. quam ob causam, & firmissimum arg. l. f. ff.
qui pot. in pign. coadjuvante summo horum favore, eos hujus classis
participes reddere, & in hunc immediatum à Muliere locum reponere
placuit Vid. Mey. d. art. 12. n. 34. & seqq. Benth. d. tract. p. 1. c. 1. p. 2. c. 27. &
28. & Vander. de Privil. Cred. cap. 6. Sexto Pauperes Arme deute d. art.
12. quem summum paupertatis favorem jus commune ignorat. Septimo
Pia loca Gottes Häuser d. art. 12. quæ constitutio provincialis Sereniss. &
Clementiss. nostrorum Principum Anno 1645. d. 6. Febru. promulgata, indif-
ferenter omnibus Hypothecariis simplicibus anteponit; estq; his de ju-
recivili in bonis Administratorum, hypotheca, Tutorum exemplo, qui-
bus etiam æquiparantur c. 1. de in integ. restit. concedenda Neguz. d. tract.
p. 2. m. 4. n. 120. & seqq. Octavo Pecuniam sine usuris creditam Geld welches
keine Rente giebet d. art. 12. quam jus civile personali privilegio muni-
tam voluit arg. l. 7. §. 2. ff. de pos. l. 24. §. 2. ff. de reb. aut. jud. poss. ita ut sem-
per præferatur qui sine usuris creditit. Berlich. 1. concl. 66. n. 57. Benth. p.
2. c. 29. sed latius hæc deducere non licet, uberio rem interpretationem
subministrat Mey. d. art. 12.*

XIII.

Permitteret jam quidem jus Lubec. hanc secundam ob signare
classem, ni jus commune nonnulla adjicienda moneret, quod jam
eos vocat, qui ad refectionem, conservationem, & acquisitionem ali-
cujus rei, modo actualiter factam, adjectâ expressâ hypothecæ
(quamvis sit eadem vis tacitæ, Senatus Consulto sub Marco Imperato-
re factò, concessæ, respectu exstructi, vel restaurati ædificii l. 1. ff. quib.
caus. pign. & Bach ad Treut. part. 2. disp. 24. lit. E.) reservatione, pecu-
niam, rei tamen resectæ, conservatæ, vel acquisitæ verum pretium non
superantem, crediderunt. N. 97. c. 3. l. 5. l. 6. ff. qui pot. l. 7. C. eod. N. 136.
c. 3. & Gail.

l. 3. & Gail. lib. 2. obs. 12. n. 4. hâc insuper adhibitâ cautelâ, quod res etiam nunc extet, & salva sit *l. 8. ff. quib. mod. pign.* Idem jus extenditur bonâ ratione *arg. l. 32. ff. ad L. Aquil. ad Inquilinos, & arg. l. 38. ff. de R. V.* aliquando etiam ad alios, qui hodiernas contributiones, pro dominis ædium militibus solvunt, ne diruantur, non tamen ad usufructuarium *l. 27. §. 3. ff. de usus. l. 28. ff. de usus. legat.*

XIV.

Nec venditori est hoc privilegium denegandum, modo inter contrahendum, aut ante factam traditionem, rem venditam sibi pignoris nexu specialiter obligaverit, usq; dum pretium solvatur, utpote hæc pignoris obligatio cum ipso dominio nata *l. 1. §. f. & seq. ff. de reb. eor. qui sub tut. merito reliquos, nisi exceptos, excludit; foretq; summa iniquitas licitam hanc conventionem l. 13. §. 8. ff. de act. empt. non servare l. 1. ff. de pact.* Sic quoq; res pupillorum pecuniâ comparatâ, ob tacitam hypothecam *l. pen. C. de serv. pign. dato man. & prælationis concessum jus in l. 7. ff. qui pot.* expressâ licet pignoris constitutione destituantur, huc referendæ erunt *Neguz. d. tract. p. 2. m. 4. n. 163. Carpz. d. tract. p. 1. d. const. 28. d. 109.* Porro nec Redemptor servi ab hostibus capti, ab hac classe excludendus cuius pignoris taciti *l. 15. l. 21. ff. de capt. & postl. revers. l. 2. C. eod. Lex verò l. 12. §. 12. ff. d. r. prioritatem, quâ reliquis, quibus ante captivitatem obligatus erat, præfertur; tribuunt. Colleg. Argens. d. t. n. 8.*

XV.

Tandem nec ab hac classe alieni, qui habent hypothecam publicam, hoc est in iudicio coram iudice datam, quatenus cum nudam privatam habentibus concurrunt *l. 11. C. qui pot. in pign.* quorum tamen numero nonis est, cui hypotheca trium testium subscriptione firmata competit *d. l. 11. & Auth. seq. C. d. t. Gail. 2. obs. 25. n. 10. Colleg. Argens. d. 2. n. 8.* Sic testis est *Vander. d. tract. c. 9.* Consuetudines quorundam locorum, etiam ita civibus contra extraneos favere. Cæterum nec dubitandum, quemlibet expressâ conventionem de hoc beneficio sibi prospicere posse *arg. l. 2. C. de jur. Reip. & N. 136. c. 5.* Et ita jam specialis hujus classis concursus depictus, qui, quoad jus civile æqualem singulis prærogativam assignare videtur juxta *vulg. thes. 8.* nisi temporis pri-

B

oritas

oritas, aut specialis legis exceptio obstat. *Bachov. de pign. lib.*
4. c. 14.

CLASSIS III.

XVI.

Est hæc Hypothecariorum simplicium *d. art. 12.* qui ob res supra debitum obligatas, ad eas consequendas, reali actione, absq; exigendi privilegio, sibi consulere possunt *l. 17. ff. de pign. l. 9. C. qui pot.* Horum autem Hypotheca non est uniformis, nam (1.) est vel *generalis* vel *specialis* *l. 15. §. 1. ff. de pign. l. f. C. que res pign.* Generalis nomine veniunt res omnes, mobiles, quæ etiam pecuniam numeratam comprehendunt *l. pen. §. 2. ff. de pign. l. 7. §. 1. ff. qui pot.* & immobiles, præsentis, & futuræ licet non expressæ *d. l. f. C. que res pign.* imò Nomina, & Actiones *l. 7. C. de hered. vend. l. 4. C. que res pign.* iis tantum exceptis rebus, quas neminem credibile est pignori specialiter daturum fuisse *l. 1. C. que res pign. l. 6. cum seq. ff. de pign.* Specialis vero ad res certas, & expressas restringitur, (non tamen harum jam acquiratarum exclusis accessionibus *l. 16. pr. l. 29. §. 1. ff. de pign. & s. 1. C. de part. pign.*) qua de causa Manifestarii pignoris mentio fit in *l. pen. ff. in quib. caus. pign. vid. Gothof. ad hanc. l. (2.) tacita* vel *expressa* Illam ipsa lex, aut tacita ejus dispositio, vel præsumpta conventio, & ita legis q. assistentia constituunt; qualem Fiscus contra ducum & pænarum respectu *thes. 9.* Mulier pro paraphernalibus, & donatione propter nuptias *thes. 11.* Locator in rebus conductoris illatis & investis in P. V. ut & in fructibus P. R. *th. 6.* Is qui credit in refectorem ædificii *th. 13.* Liberi in bonis vitrici, nondum rationibus redditis à Matre tutrice, *l. pen. C. in quib. caus. pign. l. 2. C. quand. mul. tut. offic. N. 22. c. 49.* & alii habent: vide *Neguz. d. tract. p. 2. m. 4.* Hanc vel publica Magistratus autoritas, (hinc pignus judiciale, & Prætorium) vel privatorum conventio expressa, (unde Hypothecarii conventionales) efficit: sed hæc abbrevianda, videatur *Neguz. d. tract. p. 3. m. 1. Beuth. d. tract. p. 1. c. 5. 6. & passim, Schneidvv. ad. §. 7. 7. de acti. n. 3. usq. ad 10. n. 20. 32. & seqq.*

XVII.

Si igitur hi simplices Hypothecarii inter se de prioritare contendunt, & sint ejusdem temporis, habeantq; vel certas res, vel harum partes obligatas, erit huic conventioni standum *l. 10. l. 16. §. pen. ff. de pign.*

pign. fin nihil conventum, pro parte debiti admittendi, *d. l. 16. §. pen. ff. d. t. nisi alter possideat*, ejus enim si temporis prioritas dubia, melior est conditio *d. l. 10. ff. de pign. l. 128. & 154 ff. de R. I. Neguz. d. tract. p. 5. m. 2. n. 31.* At si diversi sint temporis, omnibus personaliter privilegiatis, & chirographariis priores, *l. 3. 9. & 10. C. qui pot. & l. 6. C. de bon. auth. jud. poss. temporis diversitate* iudicem agnoscunt; ut nempe is potior sit jure, qui prior tempore *l. 2. 4. & 8. C. l. 5. 8. & 10 ff. qui pot.* Quod tempus ita computandum, ut etiam hora, & momentum attendatur *arg. l. 25. §. 1. ff. de lib. & posth. Bachov. d. tract. lib. 3. c. 3. in fin. lib. 4. c. 1. n. 4.* ita tamen, ut in conventionali hypotheca, temporis prioritas non ex contracta obligatione, nec traditione, sed ex constituta, & acquisita hypotheca æstimetur *l. 11. 12. §. 2. ff. l. 8. C. qui pot. Bachov. d. tract. lib. 4. c. 2.* quæ tempora obligationis scilicet contractæ, & constitutæ hypothecæ, legalis tacita conjungit. *l. 6. §. f. ibiq; Gloss. C. de bon. quæ lib. Neguz. p. 2. m. 4. n. 12. & 17.* nec egrediatur contractum, cui hypotheca adjecta, nam reliquis intermediis creditoribus, ob posterius creditum non nocet, nec mutata obligatione, mutatur ordo temporis *l. 12. §. 3. & 5. ibiq; Gothof. l. 20. ff. qui pot. Bachov. d. tract. lib. 4. c. 3.*

XVIII.

Facit porro ad justam Regulæ in præced. thes. suppeditatæ interpretationem, quod illa non corruat, (1.) Sive prior habeat hypothecam generalem, posterior specialem, & contra. *l. 2. ff. l. 6. C. qui pot. l. 8. ff. de distr. pign.* utpote genus involvit omnes species, *arg. l. 13. ff. de leg. 1.* nec ulla subest ratio, cur quædam præ reliquis sint exclusæ (2.) Sive uterq; habeat generalem *d. l. f. ff. qui pot.* (3.) Sive prior habeat generalem cum speciali conjunctam *arg. l. 8. ff. de distr. pign.* quamvis ex æquitate, & jam jam datâ ratione cessante, diversum velit *l. 2. C. de pign.* (4.) Sive prior habeat tacitam, vel expressam *l. 8. ff. l. 4. C. qui pot. l. 2. C. de privil. Fisc.* (5.) Sive alter concurrentium habeat pignus conventionale, judiciale, vel prætorium, fiatq; concursus cum ejusdem, vel diversi generis pignoribus *l. 2. C. l. 10 ff. qui pot. l. 3. C. ut in poss. legat. & d. const. provin. circamed. & f. idem Balduin. de pign. c. 19.* nisi quod in prætorio hoc sit singulare, quod ex eadem causa cum altero prætorio concurrente, huic quoq; profit, nec temporis ordinem observet *l. 15. §. 15. ff. de damn. infect. l. 5. §. 3. ff. ut in poss. leg. l. 12. ff. de reb. auth. jud. poss. Bach. d. tract. lib. 4. c. 7. n. 4.* (6.) Sive prior

rantum de re pignori nexa convenit, & posteriori sit tradita l. 12. §. f. ff. qui
 pot. Bachov. d. tract. lib. 4. c. 4. v. 1. Frantzke. d. tract. n. 38. ob rationem l. 17. §.
 2. ff. de pact. & l. 1. ff. de pign. act. (7.) Sive priori pignus simpliciter da-
 tum, & posteriori distractio insuper permilla d. l. 12. §. f. ff. qui pot. (8.)
 Sive ab alterius parte novatio intercesserit thes. preced. (9.) Sive uterq;
 eodem die, diverlis tamen horis, sibi rem obligaverint d. thes. (10.) Sive
 prioris hypotheca habeat diem adjectum, vel veram conditionem
 l. 1. l. 9. §. 1. l. 11. §. 1. l. 12. §. 2. ff. qui pot. (11.) Sive à vero domino, vel non
 domino pignus datum l. 3. §. 1. l. 14. ff. d. t. (12.) & ultimo Sive prior tan-
 tum quoad usuras legitimas, sorte jam solutâ, perinde prælationem
 ob temporis prioritatem desideret, quia de jure civili sortem semper
 comitantur; l. 3. §. 1. l. 18. l. 20. ff. d. t. l. 8. §. f. ff. de pign. act. quas Constitutio
 provin. Anno 1646. d. 29. Jan. edita confirmat, simulq; fraudem, quæ huic
 constitutioni fieri poterat saluberrimè removet, vultq; bona cessa in-
 tra 12. hebdomades à die publicatæ sententiæ prioritatis taxari, factaq;
 taxatione dijudicari, quibusnam, singulorum examinatâ prioritate, ex
 his bonis venditis solvendum; aut eorum etiam nunc communium
 proventus pro rata distribuendus? Sic nec hoc tempore recens illa
 usurarum, ob belli malignitatem non solutarum moderatio non erit
 negligenda, quæ in noviss. Recessu Imper. Anno 1654 Ratisbonæ habito §.
 die versio ffene, & in noviss. provinc. Constit. Anno 1655. d. 25. Jan. data,
 est statuta. Sic quod è contra prædicta Regula cesset (1.) Si res priori
 oppignorata, eo consentiente, posteriori pignoris nexu obligetur
 l. 12. §. 4. ff. qui pot. l. 12. ff. quib. mod. pign. (2.) Si posterior priori solvat,
 aut offerat justo tempore l. 7. §. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann. debitam pe-
 cuniam l. 3. §. 1. l. 11. §. f. l. 12. §. 1. ff. l. 1. l. 5. 8. & 10. C. qui pot. (3.) Si tertius
 vel etiam novissimus in locum primi succedat, est enim tunc secun-
 do, vel reliquis prior l. 2. & 3. C. de his qui in prior. cred. modos verò suc-
 cedendi suppeditant d. l. 11. §. f. & l. 12. §. 6. 7. 8. & 9. ff. qui pot. (4.) Si poste-
 rioris hypotheca privilegiata tot. class. 2. (5.) Si à diverlis non dominis
 pignus acceperint, estq; posterior possessor d. l. 14. ff. qui pot. (6.) Si po-
 sterior præscriptione munitus l. 7. §. 2. C. de præscript. 30. vel 40. ann. (7.)
 & ultimo si prior concurrens sit legatarius, nam etli ex Legis placito
 habeat hypothecam l. 1. C. comm. de leg. bonis tamen testatoris non suf-
 ficientibus, etiam chirographariis postponuntur, quia Legatâ deducto-
 re alieno demum præstanda, l. 4. §. 1. l. pen. pr. ff. de separ. l. 1. §. 18. ad SCtum
 Trebol.

Trebel. l. 1. §. 11. ff. si cui plus quam per L. Falcid. Qui dilucidiorum hujus Regulæ explicationem desiderat inspiciat Bach. d. tract. lib. 4. Frank. d. t. Mozz. de contr. tit. de pign. Mudæ. de contract. eod. tit. Neguz d. tract. p. 5. m. 2. n. 2. usq. ad 31. & Colleg. Argent. d. t.

CLASSIS IV.

XIX.

Hanc descripturus à jure Lubec. recedere cogor, quia eam intactam reliquit, quamvis tamen non exclusam recte velit *Mæv. d. art. 12. n. 71.* & hæc illa, quam sibi personales privilegiati vindicant, quibus nempe privilegium exigendi absq; hypotheca competit, vi cujus beneficii personales simplices antecedunt; quos dimidia pars *tit. ff. de reb. auth. jud. poss. à l. 16. usq. ad fin.* depingit. Horum proprii concursus prioritas non à tempore, sed causæ favore dependet *l. 32 ff. d. t.* qui eos sequenti modo collocare videtur, ut *primus* sit deponens pecuniam apud Argentarios, quod duplici modo fieri posse *l. 24. ff. de poss. & l. 31. ff. locat.* inculcant; aut enim ob signati, & in specie reddendi, apud hosce deponuntur, & tunc demum privilegio locns: *l. 7. §. 2. ff. de pos. l. 24. §. 2. ff. de reb. auth. jud.* aut deponentes fidem Mensulariorum secuti, in speciem crediti deponunt, & tunc post privilegia simplicibus personalibus annumerantur. *d. l. 24. §. 2. ff. d. t.* idem dicendum, si annexas usuras habuerit depositum, jam *d. l. §. 2. de re vero deposita* etiam nunc extante ob jus domini, certa res est, & insuper vindicationem probat *d. l. §. 2. nec dubitandum,* hanc singularem distinctionem reliquis deponentibus non esse applicandam, quia eorum facilitati omne damnum quod non ex dolo, vel lata culpa depositarii provenit, assignant *§. 3. J. quib. mod. re contr. obl. & l. 1. C. de pos.*

XX.

Secundus, qui navis fabricandæ, emendæ, armandæ, vel instruendæ causa, non reservato pignore creditur *l. 26. l. 34. ff. de reb. auth. jud.* quod privilegium singularis favor quamvis navi tantum applicasse videatur, merito tamen ad reliquas res, pari in casu, extendendum erit ob *Auth. quo jure. C. qui pot. & N. 136. c. 3. adde Gail. lib. 2. obs. 12. n. 3. & 4. & obs. 25. n. 13. Mæv. d. art. 12. n. 69.* modo hoc expressè actum, quod hunc

B 3

in finem

in finem, & ita non in omnem eventum pecunia credita sit, resq; hoc modo comparata, restaurata, vel meliorata exstet, cui hoc privilegium qs inhæret. *arg. l. 5. §. 4. 5. 15. & 16. & l. 11 ff. d. tribut. act.* Tertia quævis Respublica creditrix *l. pen. § 1. ff. de reb. auth. jud. poss. Bach ad Treut. p. 2. d. 24. th. f. lit. G. & Vvesemb in w. tit. de reb. auth. jud. n. 5.* Quartus impubes in bonis ejus, qui ex officio amicitia ipsius nonnunquam negotia gessit *l. 23. ff. de reb. auth. jud.* Quintus qui gratis credidit *th. 12. & Gothof. ad l. 24. §. 2 ff. de reb. auth. jud.* Tandem *Sextus* is Chirographarius cujus pecuniâ, munitus privilegio exigendi dimissus *d. l. 24. §. 3. ff. d. t. l. 2. ff. de cess. bon.* Plura de hujus classis ordinatione adjiciunt *Carpz. p. 1. d. const. 28. def 149. usq; ad 158. & Beuth. d. tract. passim,*

CLASSIS V.

XXI.

Ultima hæc est, exhibens Chirographarios simplices, sive personales nudos, *leslichen die gemeine Schuld d. art. 12.* quibus absq; hypotheca, & omni privilegio, ex solo Chirographo, vel ob similem probationem sufficientem, (quæ nempe fit testibus, confessione judiciali, vel rationum libris) aliquid debetur *l. un. C. etiam ob Chirog. & Carpz. p. 1. d. const. 28. def. 158. & 159.* Et hi reliquias ex bonis debitoris, modo sint, absq; omni prærogativa, juxta Regulam consortii, sive pro rata debiti dividunt *l. 6. C. de reb. auth. jud. l. 10. C. qui pot. nisi mercator* diversas, diversis in locis, negociationes excerceat. Negotiationum enim, & loci diversitas, creditores ob diversa contracta debita, ac si merci creditum, separat: *l. 5. §. 15. & 16. ff. de trib. act.* & his Chirographariis, licet cessio etiam in privilegiatum, non sit deneganda, tamen reliquis hæc ipsâ cessione factâ nullum sit præjudicium *l. 54. l. 156. § 2. l. 160. §. 2. ff. de R. I.*

XXII.

Hoc ordine jam delineatæ classes describere subjectum; placet jam brevissime objectum attingere, quod itidem latissime patet, omnesq; res, paucissimis tantum exceptis, involvit *l. 8 ff. de reb. auth. jud. l. 49 ff. de V. S. & th. 16. in pr.* Nam licet nonnulli sint, qui debitorum executionem etiam usq; ad Sacculum, & ultimum quadrantem faciendam

dam affirmant, & Cicero pro Quint. vestes etiam necessarias voci præconis subjectas referat, est tamen mitior sententia arripienda: imo ipsū jus excipit statuas in honorem debitoris positas l. 29 ff. de reb. auth. jud. item vestes non pretiosas, strata, & nonnulla alia, quæ summa necessitas à concursu liberat. l. 6. cum seq. quæ res pign. l. 1. 7. & 8. C. eod. quod in cessione bonorum, misericordia procuratore, etiam sancivit. Die Gerichts-Ordnung der Stadt Rostock p. 1. tit. 28. vid. Vander. d. tract. c. 14.

XXIII.

Concernunt hæc dicta, ipsum jam impetratum à creditoribus concursum, aliàs eò nondum excitatò, nec illum creditoribus urgentibus l. 6. §. 2 ff. de reb. auth. jud. l. 6. §. 7. ff. quæ in fraud. cred. suo in vigore manet Regula: jus civile vigilantibus scriptum l. 24. ff. d. t. Hinc nec eo casu posterior creditor licet Chirographarius, ad restitutionem, vel communicationem est obligatus, licet sciens debitorem non esse solvendo, debitum antequam bona debitoris possessa fuerint acceperit, vel etiam ab invito extorserit; reliqui enim creditores suæ negligentiae expensum ferre debent d. l. 6. §. 7. & d. l. 24. ff. d. t. l. 21. ff. de pecul. Sed hanc vigilantiam concursus debilitat d. l. 6. §. 2. ff. de reb. auth. jud. & d. l. 6. §. 7. ff. quæ in fraud. cred. estq; ita ea accipienda, ne justiori alicujus petitioni aliquid detrahatur l. 31. §. 1. ff. de pos. quare omnibus instantibus creditoribus, nec à debitore, qui à magis privilegiatis conveniri poterat, exactà cautione à minus privilegiatis, nempe restitutum iri, quod acceperunt, si inferatur postea actio majoris privilegii l. 52. §. 1. ff. de pecul. singuli eo quo locati ordine ab inferioribus vel actione hypothecaria (si nempe Hypothecarii) vel conditione ex lege id quod iis solutum repetunt l. f. §. 6. C. de jur. deliber. l. 3. ff. quod cum eo qui in alieni potest. vel si sint ejusdem privilegii, & æqualis conditionis rem ita repetitam inter se communicant d. l. 6. §. 7. ff. quæ in fraud. cred. Et quamvis circa hanc conditionem ex Lege, eo in casu quo cessat hypothecaria, nonnulli Dd. simplices Hypothecarios à privilegio munitis distinguant, non potui tamen horum à parte stare ob. d. l. f. §. 6. C. de jur. deliber. cui assentiunt Berlich p. 1. conclus. 71. n. 25. & 26. & Mæv. art. 3. tit. 1. lib. 3. n. 13. Neq; his bona fide consumpto pignore conditio ex Lege est deneganda d. l. f. §. 5. & 6. C. d. t. & l. 18. §. f. ff. de jur. Fis. Berlich. p. 1. d. conclus. n. 47. & seqq. Hartm. Pist 3. q. 20 n. 19 & seqq. sic nec hypothecaria malà fide

fide eo consumpto *l. 16. §. 3. ff. de pign. l. 22. l. 27. §. 3. l. 68. ff. de R. V. l. 131. 150. l. 157. §. 1. ff. de R. I.* Repetitio tamen ista cessat si reliqua debitoris bona sufficiant *l. 6. §. f. ff. de reb. auth. jud. Carpz. p. i. d. const. 28. def. 187. & Mey. d. art. n. 19.* Fiscus quoq; solum reliquis inferioribus ob extraordinarium concessum jus omnimodo repetit. *l. 18. §. f. ff. de jur. Fisc. l. 5. C. de priv. Fisc.*

XXIV.


Et ultima. Fluit tandem sponte ex dictis hujus materiæ effectus, qui disputationem claudat; omnium nempe concurrentium jus ab ordine, & loco, modo justè assignato dependere, prioribusq; agentibus, reliquorum actiones quiescere. *l. 1. ff. & C. qui pot.* permittitur enim tantum priorib; pignorum distractio *l. 8. C. qui pot. l. 1. ff. de distract. pign.* quâ jam legitime peractâ, sequentium debiti oblatio, aliâ licita, cessat *l. 3. ff. l. 7. C. de distract. pign. l. 1. C. si antiq. cred.* Imo nullum præjudicium prioribus affert, posteriorum de quora debiti transactio *l. 58 §. 1. ff. mand.* licet quoad dilationes, bonorumq; cessionem hæc creditorum differentia non ita strictè attendatur, sed concessa circa hanc in *l. f. C. qui bon. ced. poss.* electio, jam ex debiti cumulo, jam diversa id svadenteratione, quæ *d l.* est, ex numero creditorum corroboratur, sed abruptum, nec cæteris inhærerè licet, sufficiat itaq; me hæc posuisse, quæ vero minus sufficienter proposita, ex allegatis authoribus, & praxi supplementur.

FINIS.

S. D. G.







the scale towards document

antum, pro parte debiti admittendi, d. l. 16. §. pen.
leat, ejus enim si temporis prioritas dubia, melior
de pign. l. 128. & 154 ff. de R. I. Neguz. d. tract. p. 5. m. 2. n.
ut temporis, omnibus personaliter privilegiatis, &
ores, l. 3. 9. & 10. C. qui pot. & l. 6. C. de bon. auth. jud.
itatem judicem agnoscunt; ut nempe is potior sit
ore l. 2. 4. & 8. C. l. 5. 8. & 10 ff. qui pot. Quod tempus
ut etiam hora, & momentum attendatur arg. l. 25. §.
chov. d. tract. lib. 3. c. 3. in fin. lib. 4. c. 1. n. 4. ita tamen
hypotheca, temporis prioritas non ex contracta
traditione, sed ex constituta, & acquisita hypothe-
§. 2. ff. l. 8. C. qui pot. Bachov. d. tract. lib. 4. c. 2. quæ tem-
il. contractæ, & constitutæ hypothecæ, legalis tacita
ibiq; Gloss. C. de bon. quæ lib. Neguz. p. 2. m. 4. n. 12. & 17.
tractum, cui hypotheca adjecta, nam reliquis in-
ibus, ob posterius creditum non nocet, nec mutatâ
tur ordo temporis l. 12. §. 3. & 5. ibiq; Gothof. l. 20. ff.
lib. 4. c. 3.

XVIII.

ad justam Regulæ in præced. thes. suppeditatæ in-
quod illa non corrumpat, (1.) Sive prior habeat hypothe-
posterior speciâlem, & contra. l. 2. ff. l. 6. C. qui pot. l. 8.
ote genus involvit omnes species, arg. l. 13. ff. de legu.
o, cur quædam præ reliquis sint exclusæ (2.) Sive
eralem d. l. ff. qui pot. (3.) Sive prior habeat gene-
conjectam arg. l. 8. ff. de distract. pign. quamvis ex
jam datâ ratione cessante, diversum velit l. 2. C. de pign.
beat tacitam, vel expressam l. 8. ff. l. 4. C. qui pot. l. 2.
) Sive alter concurrentium habeat pignus conven-
vel prætorium, fiatq; concursus cum ejusdem, vel di-
oribus l. 2. C. l. 10 ff. qui pot. l. 3. C. ut in poss. legat. & d. const.
fidem Balduin. de pign. c. 19. nisi quod in prætorio hoc
d ex eadem causa cum altero prætorio concurrente,
sist, nec temporis ordinem observet l. 15. §. 15.
ct. l. 5. §. 3. ff. ut in poss. leg. l. 12. ff. de reb.
Bach. d. tract. lib. 4. c. 7. n. 4. (6.) Sive prior
B 2 tantum